

APPARATUS
ERUDITIONIS,
TAM RERUM
QUAM VERBORUM,
PER OMNES ARTES
ET SCIENTIAS.

Instructus

OPERA & STUDIO
P. MICHAELIS PEXENFELDER,
Societatis Jesu Sacerdotis.

Editio tertia longè auctior & emendatior.


Cum Indicibus

- I. Capitulorum.
- II. Rerum potiorum.
- III. Verborum difficiliorum Latino-Germanicorum.
- V. Vocabulorum Germanico-Latinorum.

Qui postremus Index locupletissimus copiosus
& novis Vocabulis tam Latinis quam Germanicis
instructissimum Lexici instar esse possit.

SULTZBACH,

Sumptibus BALTHASARIS JOACHIMI & MARTINI
ENDTERORUM, ANNO M DC LXXXVII.



Præfatio ad Lectorem.

Eruditionis amanti Lectori.

ALiquam multi lapsi sunt anni, ex quo, industriâ quorundam è Societate nostra, Hibernorum natione, tum temporis in Hispania, in Collegio Salmanticensi degentium, ratio est edita compendiarìa Linguae addiscendæ Latinæ; cujus usitatorum vocabula, sententiarum centuriis omnino duodenis comprehensa, eò sunt disposita modò, nullum ut ex iis (exceptis vulgaribus neccendi particulis) iterum recurreret.

*Origo Abri,
qui vocatur
Janua Lin-
guæ Latinæ.*

Quæ inventio primò ab Anglis arrepta avidè, sermonis est vernaculi additamentò aucta, typisque mandata circa annum Chr. 1615. Mox ad eam Lingua accessit Gallica; & ad hanc versio Germanica, eâ ubivis commendatione, annò ut decimò nonò supra millesimum, sexcentissimum, diversis octo Linguarum idiomatis instructa prodierit in lucem: factumque sit, ut, quæ initio nuncupata fuerat Jaava Linguae Latinæ, jam Jaava diceretur Linguarum.

*Ejusdem
propagatio.*

Annò dehinc hujus seculi trigesimò primò, Joannes quidam Amos Comenius ani-



CAPUT I.

Ingressus ad lustrandum Eruditionis Apparatum.



Mercurialis. Agedum, *Desideri*, quando hic tibi est animus, teque tangit voluptas lustrandi varium Eruditionis Apparatum, capesse spiritus, & *Viam* ingredi *Latinam*; neque enim conspectui unus objiciet locus omnia; cum Ulyssæ populos, mores, videbis & urbes; faciendum iter longum, ac latum, profundum, & altum; quocunque perrexerimus, memineris, nec declinandum ad dextram, nec deflectendum ad sinistram; sed recto & medio eundem calle; sic tutissimi incedemus. Accinctus es profectio? *Desiderius.* Sum verò. & hoc alacrius, quòd tuus mihi ductus futurus sit pro vehiculo; meum sciendi desiderium pro viatico; & fidelis memoria pro sacculo viatorio.

Mercurialis. Sic te viaticum volo. Tu si ducent me acceperis, præcedam; si comitem, ad latus ingrediar.

Desiderius. Ducatum si præstiteris mihi, facies idem, quod, qui facem præfert per obscura gradienti.

Mercurialis. Et hoc, & alia, tuâ cupio causâ; Tu fac, animò sis præsentis; non ducèris per longa Grammaticorum præcepta, viâ asperâ, confragosâ, flexosâ, & multis altercantium strepitibus impeditâ. Procedemus confidenter, nec temere tamen, nec timide.